Sed hactenus de uita . de moribus . de conuersatione . de uirtutibus illius . de plurimis pauca locuti . nunc qualiter de hoc s(an)c(t)o ad gl(ori)am (ad enarrandum) desideratam breuiter [illegible]

[illegible] agesimo p(ost) resu[rrectionem] [illegible] d(omi)ni n(ost)ri ih(es)u xp(ist)i . cum beatus pontifex marcialis solito more positus esset in oratione . apparuit ei d(omi)n(u)s . et dixit ad eum . Pax tibi fidelissime frater : Quo(niam) obedisti uoci meę eris uigens meritum in claritate quę nullo clauditur fine . Quintodecimo die ue[illegible]niam ad te . Veni : et recipiam te cum angelis me[is] [illegible] cum omnibus s(an)c(t)is . ut faciam te here[dem] [illegible] regni mei . Hoc audiens sciscitatus sacer[dotes] [illegible]tos . conuocatis fratribus . indicauit eis diem . obitus sui imminere . simulq(ue) retulit qualiter hoc a d(omi)no cognouisset . Igitur quia carnis uinculis se ueraciter cognoue[r]at absoluendum . perseuerauit in assiduis ieiuniis . in et intimis uigiliis . et in orationibus intimis . Cum autem iam urgere cepisset eum nimia uis febrium . toto corde conuersus ad d(omi)n(u)m dixit . Commendo tibi d(omi)ne populum quem glorioso sanguine tuo redemisti ut sit tibi populus peculiaris . et tu sis ei defensor et custos eterni per infinita s(e)c(u)la s(e)c(u)lorum am(en). Completis his uerbis . portari se fecit in oratorium quod ipse construxerat atq(ue) dedicauerat in honorem s(an)c(t)i stephani protomartyris sanguinem sui . ibiq(ue) exitum suum in cilicio recubans et cinere . genibus flexis et capit ac manus ad celum extendens intentis orationibus muniri curauit . et huiusmodi uocem ad d(omi)n(u)m effudit . In manus tuas d(omi)ne commendo sp(iritu)m meum . Cunctus autem populus ex diuersis prouinciis congregatus flebat sine cessatione pro amisso pastore . Ipse autem omnibus flentibus innuens manu silentium dixit . Numquid non auditis quante ueniunt laudes de celo . Certe d(omi)n(u)s uenit sic p(ro)misit . Continuo lux magna refulsit in eodem loco . quasi septempliciter iubar solis ibi resplenduisset . et uox audita est dicens . Egredere benedicta anima de corpore : quia de longinquis regionibus aduenisti ac uocem meę obediens . parentes et patriam dereliquisti . et me secutus meritum eris in longitudine dierum cum claritate quę nullo fine

clauditur : Hac uoce ab omnibus audi[ta] cum ipso splend[ore] [illegible] anima p[illegible] ad celum [illegible] audit e[illegible] elegisti et assump[sisti] [illegible] [por]tabit[ur] in atriis tuis in s(e)c(u)la s(e)c(u)lorum . Cumq(ue) dici [illegible] matutine hora tercia aduenisset . tetigit feretrum ei paraliticus quidam nullius membrorum suorum potestatem habens . et statim sanus factus est . Cum uero corpus ei ad sepeliendum deferret . in hora egressionis feretri a basilica s(an)c(t)i stephani celi aperti sunt . uiam q(ue) omnibus a p(er)tione sua ostenderet . quo menbra beati antistitis t[ume]landa deferri debuissent . Sepe enim illis p(er)gentibus apiebantur celi . usq(ue) ad locum sepulture . Quantus illic fletus quantus populorum lamentatio . quantus clericorum et laicorum [illegible] gemitus . nec si mille haberem linguas e[di]cere possem . Conuenerant undiq(ue) decem et quinq(ue) ei multi demoniaci . cer[ti] [di]uersis infirmitatibus obsessi [illegible] alpinianus presbiter accipiens sudar[ium] [illegible] magistri sui tangebat . et ad inuocatione nominis xp(ist)i sanitati restituebat . Inter reliquos uero infirmos qui ex diuersis locis aduenerant . non debemus silentio tegere quendam ydropicum de tholosana urbe aduectum . comitante se seno nume[ro] cecorum cum quatuor demoniacis . qui omnes ad sepulcrum beati uiri alia die post obitum eius sudario ipsius attacti curati sunt . Hec et alia innumera signa per quę tumularia meruit sepultura a xp(ist)i clementia p(ro)seruiuit s[illegible] rat(us) est . [illegible] sit igitur nobis ille de s(e)c(u)lo [illegible] qui ecclesie extitit pastor . pius intercessor orationibus eius muniti hereditati eterne mereamur fieri participes d(omi)n(u)s. Incip(it) pas(sio) s(an)c(t)orum Primi (et) Feliciani. V. ID. IVNII.

TEMPORIB(US) DIOCLETIANI ET MAXIMIANI IMPERI

Vita s(an)c(t)e Grendrudis uirginis hic inserenda. Require in ap(osto)li capitulo xxxi.

x.

St. Alban D Q 1, 1583/14